



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illis qui pro vindicta parentum homicidia committunt. xxxii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

tes suos, ac cunctos reliquos Ecclesiæ ministros, atque omnem plebem sibi commissam, verbis & mandatis diuinis instruere & armare. Hosq; omnes eorum episcopos totamque mi virtute diligere, vt oculos suos, qui oculi sunt illorum eorum præceptis, in omnibus obedire, etiam si ipsi aliter quod absit, agat quàm debeat: memores scilicet illius dominici præcepti: quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite.

*Quod homicida ab ecclesiastica communione sint submouendi.* Cap. XXIX.

*Ex cõcil. Agathẽ. cap. 10.*

**I**Taque censuimus homicidas à communione ecclesiastica submouendos, nisi pœnitentiæ satisfactione, admissa crimina diuerint.

*De eadem re.* Cap. XXX.

*Ex cõcil. Turonico, ca. 7.*

**H**omicidis penitus non communicandum, donec confessionem pœnitentiæ ipsorum crimina diluatur.

*De illis quorum consilio homicidia sunt.*

Caput XXXI,

*Ex dictis August.*

**P**ericulosè se decipiunt, qui existimant eos tantum homicidas esse, qui manibus hominem occidunt, & non potius eos, per quorum consilium, & fraudem, & exhortationem homines extinguuntur. Nam Iudæi dominum quaquam propriis manibus interfecerunt, sicut scriptum est. Nobis non licet interficere quemquam, sed tamen illi dominum morti imputatur, quia ipsi eum lingua crucifixerunt dicentes: Crucifige eum. Vnde vnus Euangelista dicit, dominum crucifixum esse hora tertia, alius sexta: quia Iudæi crucifixerunt eum hora tertia lingua, manibus hora sexta milites. Qui ergo hominem tradit, ille eum interficit domino dicente: Maius peccatum habet, qui me tradidit. Vnde Psalmista, Filii hominum, dentes eorum arma & glittæ, linguæ eorum gladius acutus. Subiciat ergo se pœnitentiæ, quorum consilio sanguis funditur, si veniâ sperneri voluerint.

*De illis qui pro vindicta parentum homicidia committunt.* Cap. XXXII.

*Ex pœnitentiâ Theodori.*

**Q**ui pro vindicta fratris, aut aliorum parentum occiderit hominem, ita pœniteat, vt homicidia sponte commissa, cum ipsa veritas dicat: Mihi vindictam, & ego retribuam.